quid autem erat causae cur graecas litteras oderam, quibus puerulus imbuebar? ne nunc quidem mihi satis exploratum est. adamaveram enim latinas, non quas primi magistri sed quas docent qui grammatici vocantur. nam illas primas, ubi legere et scribere et numerare discitur, non minus onerosas poenalesque habebam quam omnes graecas. unde tamen et hoc nisi de peccato et vanitate vitae, qua caro eram et spiritus ambulans et non revertens?

Este material foi produzido por Rafael Falcón para uso exclusivo de seus alunos no site http://www.rafaelfalcon.net.